



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 50. Capita, ac Canones ultima manu elaborati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Sæcul. XVI. „hujus poenitentiæ usus restauretur,  
A.C. 1551. „nunquam Germania in pace consiste-  
„re poterit. (\*)

## §. L.

*Capita, ac Canones ultima manu elab-  
orati.*

*Pallav. l. 12. t. 10. n. 28.* Cum omnes hæ materiæ in variis Præ-

sulm conventibus essent discussæ, generalis Congregatio ad diem quintam Novembris indicebatur, ut ibidem decreta, & doctrinæ Canones accurate expensi, sine tamen anathemate referrentur, relicta licet cuivis facultate, ut desuper sua, si quæ occurrerent, dubia proponere posset. Placuit hoc consilium Tridentino Cardinali non minus, quam S. R. I. Electoribus, plurimisque aliis Archiepiscopis: præprimis vero Legatus, qui hac super re ceterorum sententias rogabat, rem tandem decidi, nec ultra ad incudem revocari gaudebat. Verum Granatensis Archiepiscopus, cum ex ordine ipsi dicendum erat, vehementer huic opinioni ob-

---

(\*) Rursus hæc omnia Paulus Sarpius pro more suo adinvenit, & Continuator potius huic Scriptori impio, quam Pallavicino validis rationibus hæc commenta confutanti adhærere voluit.

obluctabatur , animadvertisens , quod Sæcul. XVI.  
interdum a Patribus circa canones quæ- A.C. 1551.  
dam haud spernenda,fuerint observata,  
quæ tamen Theologorum solertiam ef-  
fugissent, proin sibi videri ajebat , eos-  
dem rursus esse proponendos , nec ul-  
timam operi manum esse apponendam ,  
nisi re prius exacte discussa. Ergo rur-  
sus Canones in deliberationem veniunt ,  
ac suffragiis utrinque æqualibus , seu  
viginti quatuor pro utraque sententia  
militantibus , Papæ Legatus rem in-  
favorem Granatensis Archiepiscopi de-  
cudit , quapropter tam capita , quam  
Doctrinæ Canones novo examini esse  
subiiciendos decernebatur. Intereratho-  
rum discussioni Græcus quidam Archie-  
piscopus , cuius supra meminimus : hic  
tamen suum suffragium minime tulit ,  
eoquod illa , quæ agerentur , non nisi  
per interpretem perciperet : Igitur in  
nova hac materiarum discussione com-  
muni consensu duodecim conficieban-  
tur capita , in quibus doctrina expone-  
batur , præter novem Canones , qui-  
bus errores proscribebantur : Porro  
prima novem capita , quæ ad primos  
quindecim Canones referebantur , con-  
cernebant Sacramentum Eucharistiæ ,  
cetera vero agebant de extrema Unctio-  
ne , circa quam nulla omnino contro-  
versia fuerat exorta.

F 5

§. LI.

